

Ciues Constantienses — qui stipulatione sollempni interposita, sacramentum corporale sollempniter prestiterunt. / quod se apud Constantiam, Monitione octo dierum premissa in obstagium presentabunt, si per nos, aut per fratres nostros prefatos, uel aliquem eorumdem, quicquam factum fuerit, contra premissos articulos, uel alterum eorumdem, numquam inde recessuri, donec / domino Rvmonj prefato, de eo, quod in premissis uel in aliquo eorumdem. fuerit violatum, integraliter extiterit satisfactum. Et si aliquem predictorum obsidum, seu fideiussorum, medio tempore, quod absit, cedere, uel decedere contingerit, extunc alter eque ydoneus / debet in locum sui, sub forma predicta, infra vnus mensis spacium subrogarj. Alioquin superstitēs, se apud Constantiam, Monitione octo dierum, premissa, in obstagium presentabunt, numquam inde recessuri, donec id perductum fuerit ad effectum. / Sin autem dictorum obsidum, seu fideiussorum, aliquem tempore sue monitionis in alio morari contingerit obstagio, ille alium in locum sui subrogabit in virtute prestiti sacramenti . . .

In^c euentiam itaque premissorum, et ad ipsorum incommutabilem firmitatem, presens instrvmentum Rvmonj memorato / tradidimus sigillorum venerabilis patris et domini. R. dei gratia Episcopi Constantiensis, nostri, nostrique Conuentus, et fratrum nostrorum carnalium prefatorum. Manegoldi de Nellinburch, et Friderici de Toggenbvrrch Comitum. Hainrici de Griessinberch. Rv. et Vl. de Gutingin Nobilium; Eber. dapiferi de Walpurch s. Vl. de Bodeme. Wal. de. Algöwe. Marquardi de Schellinberch. Friderici. de Riêt. et C. de Sulzberch. militum iam dictorum robore communitum. Nos. R. dei gratia Episcopus Constantiensis, ad / petitionem Reuerendi in x^o. Wilhelmi dei gratia Electi prefati, huic instrvmento, appendimus sigillum nostrum. Nos vero Prepositus, Totusque Conuentus Monasterii sancti Galli, hiis que sunt prehabita et premissa, consensum expressum, et beniuolum adhibentes / huic instrvmento, in euentiam nostri consensus, adhibiti, et concessi, et ad